

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Sacramentis. In qua Tractatibus decem de Sacramentis in genere, tum speciatim, videlicet de Baptismo, Confirmatione, Eucharistia spectata vt Sacramento, & vt sacrificio: de Pœnitentia, de Suffragiis, Indulgentiis, & Iubilo, de Bulla Cruciat, de Extrema-vnctione, & demum de Ordinis Sacramento ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

De ministro Sacramenti pœnitentiæ, & iurisdictione ad illius ministrationem requisita. 13

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76649](#)

Qualiter ex parte Confessarij inualida sit confessio, & repente
randa.

4. Qualiter confessio inualida, tunc ex parte penitentis, tunc
Confessarij repentina sit.

1. Ex duplice capite confessio inualida esse potest: primo
ex parte penitentis; secundò, ex parte Confessarii.

Ex parte penitentis confessio inualida est, & repentina, si
malitia vel ignorancia crassâ peccatum mortale manifestare
omittat, vel illud absque legitimo dolore manefestet: quia co-
casu non remittuntur peccata, sed adhuc retinuntur, ut dixit
Concil. sif. 14. c. 5. Ergo necessarij clavis Ecclesiae sub-
denda sunt, ut remittantur. Neque obstat alia sacramenta
valida esse, tametsi iniquè, & cum peccato suscipiantur, ut in-
de infetas, si cipere poße penitentia sacramentum, tam-
ets eius effectum non suscipias, sicut docuit Victor de penit.
num. 160. Sotu. in 4. disp. 18. quaest. 3. art. 3. cond. 3. Henriquez
lib. 5. cap. 11. n. 1. Est enim lacum discernere penitentia à reli-
quis sacramentis. Reliqua namque sacramenta non postulant
ad sui valorem dolorem de peccatis, qui propositum peccandi
excludat. At sacramentum penitentia illum expostulat: quippe
est illius materia, ut ex Trident. sif. 14. exp. 3. & 5. con-
stat: non igitur esse potest sacramentum penitentia absque
prædicto dolore. Ergo ex confessione, quæ prædicto dolore
carat, sacramentum confit: non potest, & proinde repen-
tia, sicut post alijs notarum Nauart. cap. 9. num. 7. Suar.
dis. 22. sect. 6. & disp. 23. sect. 4. Valq. quaest. 4. art. 3.
amb. & 2. Aigid. de Coninch. disp. 6. dub. 5. conctus. 1. Layman.
lib. 5. sum. tract. 6. cap. 9. num. 1. & 2. Bonacina disp. 5. quaest. 5.
punct. 3.

2. Præter huiusmodi casum ex parte penitentis nullus
alii excogitari potest, in quo confessio inualida sit, & re-
pentina. Nam, esto aliqui affirmet, repetere debere confessio-
nem eum, qui maliciè saltem penitentia iniuncta obli-
gatur: nam alia via non videtur posse præceptio penitentie
sibi imposito fatis facere, parum probabiliter habet, vi
docuit Nauart. sum. cap. 9. num. 18. Suarez pluribus relatis
disp. 22. sect. 7. num. 5. Valq. quaest. 94. art. 2. dub. 4. Etenim
obligari non potest ob remissionem illorum peccatorum ob-
tinendam: siquidem, ut supponimus, virtute sacramenti remis-
sa fuerint, & independenter a satisfactione. Neque ob satis-
factionem exhibendam obligari potest, cum hac alii viis
exhibeatur, cum in hac vita, tum in purgatorio. Neque ob
transgressionem prioris præcepti: quia iam ad illud imple-
mendum factus est impotens, ipsiūque præceptum non obligat
alij loco illius subrogare. Ergo ex obliuione penitentia ini-
uncta confessio ex obligatione repentina non est, & latius
infelix, vbi de satisfactione, &c. dicitur.

3. Ex parte Confessarii confessio inualida, ac proinde repe-
tenda contingit. Primum, si abolutionem non impedit: quia
sine abolutione sacramentum penitentia considerare non po-
test. Secundò, si abolutionem substantialiter virtutis, vel non
profens verba legitima, vel ea abique intentione profers: quia
confundens est, ac si non absoluisset. Tertiò, si iurisdictione
omniò curat, vel illam impediat habuit ob suspensionem
ab officio, ob excommunicationem denunciatam, ob
notoriam Clericorum persecutionem: quia sententia abolutionis sine
iurisdictione data nulla est, ut colligitur ex Trident. sif. 14.
cap. 6. & 7. Dixi, si iurisdictione omnino caruit: nam, si in
aliqua peccata concessa iurisdictionem habuit, & bona fide ei
confessus es, sacramentum validum fuit, & abolutionem a
peccatis recipisti; directam quidem ab illis, in quæ Sacerdos
iurisdictionem habuit: indirectam à reliquo: de quæ cum de-
fector agnoscis, obligatus es, ea peccata clavis Ecclesiae
subire, ut ab illis directè absoluaris, sicut bene notauit
Aigid. de Coninch. disp. 6. de penit. dub. 5. num. 17. Quartò
et idem dicendum, si sacerdos ob surditatem, vel ob lingua
ignorantiam, vel ob aliam causam (qua peccata non incellexit),
Credo tamen, si bona fide processisti, te ab solutum manere:
quia, ut recte docuerunt Henric. lib. 5. sum. cap. 14. num. 5. Lay-
man. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 8. n. 5. & constat ex iis, quæ proced.
punct. diximus ad valorem sacramenti penitentia sola con-
stitu. & confessio in genere requisita est: specifica autem, &
numerica ex loco positivo præcepto diuino, à cuius observan-
tione ob ignorantiam excularis. Debet tamen, cognito defec-
tu, peccata, quæ à Confessario intellecta non sunt, iterum
confessioni subiungere, sicut si oblitera essent: quia præcepto de
confundendis peccatis quoad speciem, & numerum non fasfe-
cili: siquidem ea falso non es, ut Confessor de illis iudicare
possit. Quinto, addit Sylu. Confessio. 1. q. 3. Victor. de confess. 168.
Invalidam esse confessionem, & repetendam, si Confessor pec-
cati graviatem ignorat, credatque esse veniale, quod est mor-
tale, vel non mutare speciem, cum de facto illam mutet: quia
iudicare non potest de causa, prout oportet; sed rectius Adriā.
quaest. 4. de confess. sub finem. Perr. de Soto lect. 6. de confessione.
Suar. disp. 22. sect. 6. num. 4. & disp. 23. sect. 2. Coninch. disp.
6. dub. 5. num. 18. Bonac. disp. 5. de penit. quaest. 7. punct. 4.
12. num. 13. censent, validam esse confessionem, nec tepe-
tentia

dam: quia, cum hic defecitus, cum ex difficultate ipius rei,
cum ex ignorantia Confessarij sçpē contingat, credendum
non est, Christum Dominum sic sacramentum instituisse, ut
valori eius obstant. Satis enim videtur, si peccatum, sicut fa-
ctum fuit, percipiatur. Nam, esto præcepit Christus Cor-
fessario, ut quoad fieri possit, peccatorum graviatem int-
egrit, ipsique penitentibus eam declarent, non tamen valori
sacramenti eam conditionem annexit.

4. Sed qualiter confessio inualida, tunc ex defecitu peni-
tentis, tunc Confessarij repentina sit? Breuiter respondeo, si
diuersus sit sacerdos, omnia peccata, à quibus dicitur absolu-
tus non fuisti, obligatus es explicare, ac si nunquam fatus es-
ses: quia præcedens confessio, ut pote huic confessorio igno-
ta, nullatenus deseruit potest, ut tententiam abolutionis cō-
cedat, sicuti pro certo supponunt Doctores referendi. At si fa-
cerdos idem sit, & memoria retinet peccata, quæ illi antea
fassis es, non videris obligatus, ea signifikat referre, sed
vno verbo satisfacie, si te accusas de omnibus illis, quæ
in priori confessione reculisti, sicuti si extra confessionem
illa nouisset: quia illo verbo omnia signifikantur explicantur,
ut bene dixerunt Suarez. disput. 22. sect. 6. num. 5. Aigidius de
Coninch. disp. 7. de penit. dub. 21. num. 108. Layman. libr. 5.
sum. tract. 6. cap. 8. circa finem num. 6. Quid si illorum obli-
tus es, communis tententia docet, tunc Suarez. disput. 22. sect.
6. n. 7. te obligatum es, ea signifikat referre: quia nec præ-
cedens confessio sacramentalis fuit, ideoque præsentis ab-
solutionis materia esse non potest, neque illius virtute sa-
cerdos recte poterit de tuis peccatis iudicare, & pro qualita-
te etiā in penitentiam iniungere. Sed hoc intelligendum
est, calu, quo sacerdos tuorum peccatorum ita oblitus sit, ut
neque illorum in genere recordetur, neque statim tuæ con-
scientiae agnoscar: nam si illum agnoscar, & tuorum pecca-
torum saltem confusè recordar, verius credo, validam esse
abolutionem, neque ex obligatione confessionem repeten-
tia: quia ad abolutionem concedendam non requiritur, ut
sacerdos tempore abolutionis omnia penitentis peccata
memoriam retinet: id enim sapientia est moraliter impossibile,
principiè cum penitentis generalem instituit confessionem,
eamque per plures dies protrahit, sufficit si confusam illu-
rum notitiam habeat. Neque oblatum præcedentem confessio-
nem non fuisti veram, & legitimam accusationem sacra-
mentalem, esto, eo tempore non fueris, præsentem tamen accu-
lationem, & confessione sacramentalis accusatio, & pars legi-
tima sacramenti efficietur, sicuti cum incipi ab absque dolore
peccata tua fateris, & recursus confessionis ad contritionem
excitas præcedentem confessionem tacitè renouas, & denud
abolutionis subiectis. Atque ita docent Sylvest. verbo Confessio,
1. quaest. 3. Nauart. cap. 9. num. 19. Tolent. lib. 3. cap. 10. num. ult. 8.
verbo Confessio, num. 8. Valsquez. quaest. 92. art. 8. dub. 2. Layman.
lib. 5. sum. tract. 6. cap. 8. in fine Aigid. de Coninch. disput. 7. de
penitent. dub. 11. num. 109. Bonac. disput. 5. de Sacram. quaest. 5.
sect. 2. punct. 3. n. 15.

P N C T V M XIII.

De ministro Sacramenti Penitentiae, & iurisdi-
ctione ad illius administrationem requisita.

1. Minister distinctus esse debet à suscipiente.
2. Solus sacerdos est minister.
3. Proponitur obiectio, & solvitur.
4. Non omnis sacerdos possit habet penitentia sacramen-
tum ministrandi; sed debet præter ordinem iurisdictionem
habere.
5. Expenduntur tres causas pro quibus omnibus sacerdotibus est
concessa iurisdictionis.
6. Hac iurisdictione ex Ecclesia consuetudine prouenit.
7. Quid nomine articuli mortis intelligatur.
8. Verius est, eo causa simplici sacerdori, præsente proprio, vel
privilegiato, iurisdictionem non concedi.
9. Qualis sit iurisdictionis ordinaria, & delegata.
10. Domicilium in parochia habentibus legitimè administra-
tur penitentia.
11. Quid, si in uno loco domicilium habeas, & alibi re-
sidens.
12. Quid de alienis, peregrinis, iter agentibus.
13. Quid de vagis.
14. Qui iurisdictionem delegatam habeant, quique delegare
non possunt.
15. Excipit iur delegatione à Principe.
16. Qualiter delegatus ad universitatem canicularum subdelegare
possit.

1. **H**oc sacramentum, sicut & reliqua, ministrum haberet,
qui necessarij debet esse distinctus à suscipiente.
Quia nemo reus, & Index in eadem causa esse potest, ne-
mōque sibi peccata judicialiter remittere, colligiturque satis-

ex verbis Christi, Ioann. 20. Quorum remiseritis peccata, &c. quibus iudicatur distinctio remittentis ab eo, cui sit remissio.

2. Hic autem minister solus est Sacerdos ex Christi institutione: quia ad solos sacerdotes dicta fuerunt illa verba Ioann. 20. Quorum remiseritis, ut definuit Florentin. in decreto Eugenii & Trident. scilicet cap. 6. & can. 10. Neque ex dispensatione Ecclesia alias à Sacerdote esse potest: quia Ecclesia institutionem Christi mutare non potest.

3. Quod si obiectas textum in cap. Qui vult confiteri, de Pœnitenti, disp. 6. afferentem, tantam esse vim confessionis, ut si deest sacerdos, possit proximo confiteri: & textum in cap. Fures, de furiis, vbi furibus comprehensis, & vulneratis, si Presbytero, vel Diacono confessi fuerint, Communio, & sepulchrum non negatur: Cyprianum lib. 3. epist. 17. committentem laporum abolitionem eidem Diacono, absente sacerdotem. Respondeo, prædictam confessionem, seu absolutionem sacramentalem non esse. Nam confessio, que absente sacerdote, proximo fieret, iuxta textum in cap. Qui vult confiteri, solum est confessio ostensiva doloris peccatorum, & defiderij sacerdotis, ut colligitur ex ipso textu, & ex cap. Quem penitet de pœnit. disp. 1. Idemque dicendum est de confessione facta in cap. Fures. Specialiter autem ibi facta fuit mentio Diaconi; non, quia Diaconus audire confessionem sacramentalem posset; sed quia ipsi, absente sacerdote, competit iudicare, aucepit Communione fatus coiuriti existant: quippe eis Communione, & sepulchrum concedere potest: Cyprianus vero non de absolutione sacramentali loquitur: sed de ea, que publicè penitentibus concedebatur, quaue ad Officia diuinorum cum aliis fidelibus, Sacramentorumque receptionem admitebantur.

4. Verum non eo ipso, quod si sacerdos constitutus, ministrare Sacramentum Penitentie potest. Nam esto, in ordinatione accipias potestatem absoluendi, & retinendi peccata, ut necessarij facendum est; ne dicamus illa verba: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata remisstuntur vobis, & quorum retinueritis, reverentes fuit, inefficacia esse. At, quia ea potestas non plena, & perfecta est, et quod ex vi illorum verborum non tibi designatur subditi, in quos eam potestatem exercere possis; ea de causa nequis aucte predictam assignationem sacramentum ministrare, sicuti cum crearis Doctor, vel Magister, esto, accipias potestatem causas iudicandi, cathedralisque regendi, tamen nec causas iudicare, nec cathedralm regere poteris, quoniam tibi causa committantur, & cathedralm concedatur: & sicuti Iudices chartularij, quorum meminit lex 5. Cod. de canone laganional. titul. lib. 10. & Gloss. in leg. 1. ff. de iudic. Navarr. cap. Placuit. n. 19. de penitent. Valq. alii relatis quæb. 93. art. 1. dub. 2. num. 23.) quia ab Imperatore accipiebant potestatem ius dicendi in causis illorum, qui ab ipsis vellent iudicari; et si potestate ab Imperatore accipiente iudicandi, et am exercere non poterant, quoque rei se illis subiicerent: sic sacerdotes accipiunt in ordinatione potestatem iudicandi de peccatis, non in eos, qui se illis praesertim subiicerent, sed in eos, qui illis ab Ecclesia subiicerentur, iudicandi. Vide Navarr. dico cap. Placuit. Suar. disp. 26. sett. 3. Valq. loco allegato, Coninch. disp. 8. de penitent. dub. 1. & 2. Bonac. disput. 5. de Sacram. quæb. 7. pun. 1. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 10.

5. Tres casus Doctores excipiunt, pro quibus omnes fideles cuiilibet sacerdoti in ordinatione subiiciuntur, ut ab eo absoluvi possint. Primus est pro peccatis venialibus Secundus, pro peccatis mortalibus, à quibus penitentia legitime est absoluta. Cum enim horum confessio non sit ex obligatione, sed ex deuotione, conueniens fuit, omnes sacerdotes pro ea excipienda Iudices designare: & colligunt ex cap. Omnis viriusque sexus de penitent. & remissione decidentem, confessionem ex obligatione proprio sacerdoti, vel alteri de eius licentia faciendam esse. Quo tacere indicatur, confessionem ex deuotione cuiilibet sacerdoti fieri posse. Tertius casus est periculum mortis, & necessitas eo tempore sacramentum recipiendo. Et enim, cum hoc sacramentum maximè necessarium sit, decuit omnibus sacerdotibus, etiam excommunicatis, & degradatis, eam potestatem in omnes fideles concedere, & pro omnibus quibuscumque peccatis: ita quod dixit Concil. scilicet cap. 7. circa finem, ne aliquis pereat in Ecclesia Dei, custoditum semper fuit, ut nulla sit reseratio in articulo mortis: arque adeo omnes sacerdotes quilibet penitentes, à quibuscumque peccatis, & censuris absoluere possint.

6. Sed an ea subiectio fidelium & iurisdictione sacerdotiorum inter diuino habeatur, an ex Ecclesiæ benignitate variant Doctores. Verius existimo cum Valen. 7. 4. disp. 7. quæb. 10. pun. 2. Suar. disp. 26. sett. 5. & seqq. Agid. de Coninch. disp. 8. de penitent. dub. 2. circa fin. ex Ecclesiæ concessione prouenient Monachus: quia ex nulla loco Scriptura colligi potest, effi à Christo Domino concessam specialiter pro predictis casibus iurisdictionem. Alias Ecclesia eam impedit non posse: sicuti excommunicatis nominacim, & degradatis impedit, ne validè absolutionem etiam à peccatis venialibus concedant.

7. Nominis articuli mortis, eti Canus relect. de penit. part. 5. fol. 145. Sotus in 4. disp. 8. quæb. 4. artic. 4. Cour. capit. Alma mater. 1. par. §. 11. num. 8. Valent. 4. t. disp. 7. quæb. 10. punct. 2. censeant, significare præcium illud tempus periculi iam instantis mortis, quando scilicet mors efficietur, & ita certa, ut mortaliter euitari non possit, sive id ex causa naturali, sive violenta proueniat: verius ratiōne existimo cum Sylvest. verbo, Confessio. 1. quæb. 6. num. 7. Navarr. cap. 26. num. 31. Suar. alios referunt disp. 26. sett. 4. num. 5. Sanch. lib. 2. Decalog. cap. 11. num. 1. Agid. de Coninch. disp. 8. dub. 2. num. 16. idem esse articulum mortis, ac probabile periculum illius colligiturque ex cap. Eos qui de sentent. excommunic. in 6. Et ratio est: quia haec generalis concessio facta est, ne penitentes remedio salutis destituti percent: si autem illis in probabilib[us] mortis periculo constitutis succurriri non possit, sed expectandum efficit mortis instans: plures sine remedio perirent, neque Ecclesia opportunitye de remedio illis prouidisset.

8. Sed an in eo periculo concessa sit facultas simplici sacerdoti praefente proprio, vel priuilegium habente, itemque excommunicato, vel ab officio suspensi, sacerdoti simplici praefente, non constat inter doctores. Probabilis existimo, nullatenus concessam esse simplici sacerdoti, si proprius, vel priuilegium habens, velit sacramentum ministrare, neque excommunicato aut suspensi, si simplex sacerdos velit: quia eo casu non eger moribundus absolucione simplicis sacerdotis, vel excommunicati, cum à legitimo ministro eam obtinere possit: prædictis namque sacerdotibus simplicibus, & excommunicatis conceditur haec facultas, ne constitutus in mortis articulo sine remedio decedat: quod praefente proprio sacerdoti, & volente sacramentum ministrare, locum habere non potest.

Negue Concilium scilicet cap. 14. intendit nonam facultatem sacerdotibus concedere, sed declarare ab Ecclesia semper concessam, ut indicant illa verba: In Ecclesia Dei custodiū semper fuit. At in Ecclesia solū custoditum fuit, ut absolutio à simplici sacerdote concedatur, deficiente proprio, & non aliter, ut aperte colligitur ex cap. Presbiter. ult. g. 6. ibi: Presbiter incusat Episcopo non reconciliat penitentes, nisi abs. Episcopo extrema necessitas cogat. Ex Extraag. Excommunicatis de sentent. excommunicatis, inter commun. §. Decernimus: ibi: Absque specia. li mādato nostra absolutionis beneficio valeat obtinere, nisi forte ad nos habere accessum non posset, in mortis articulo constitutus & ex cap. Ea inscritur de sentent. cap. Eos qui, codic. titul. in vbi absolutus a cetera ratione urgenti necessitatibus, tenetur 6. coram superiori se presentare, cum primū possit. Si ergo ante absolutionem superior præfens est, vel illum adire potest, quae causa ut excusat potest, quia ab illo absolutionem obtineas: Quocirca de censuris certum esse existimo, uti dixi tract. de fidei disp. 4. punct. 3. §. 5. De absolutione à peccatis, probabiliter credo, tum ab ratione dicta, tum quod texus in cap. Presbiter. de absolutione à peccatis videtur locutus, verbaque Trident. scilicet 14. cap. 7. aequo potestatem absoluendi à censuris, ut absoluendi à peccatis in articulo mortis declarat. Atque ita sustinet pluribus relatis Zambran. de capp. artic. mortis. cap. 4. dub. 4. num. 3. & seq. Suar. disp. 26. sett. 4. numer. 4. Sanch. lib. 2. sum. cap. 1. num. 7. Agid. de Coninch. disp. 8. de penitent. dub. 12. concl. 2. Valq. quæb. 93. art. 1. dub. 4. numer. 18. Layman. l. 5. sum. tract. 6. c. 12. n. 14.

9. Porro iurisdictione duplex est, ordinaria, & delegata. Ordinaria competit persona ex officio, cui à iure iurisdictione annexa est: Delegata competit persona ex delegatione. Igitur Pontificis comparatione omnium fidelium iurisdictionem ordinariam habet à Christo, eo ipso quo legitime in Pontificem eligiuntur: ideoque Ecclesia nec limitare, neque restringere eius iurisdictionem potest. Episcopi vero & Parochi à Pontifice iurisdictionem ordinariam accipiunt; alias si à Christo eam acquirere, non posset Pontifex (vi solet) causis aliquo sibi referuisse, & ab eorum iurisdictione excludere. Habent ergo iurisdictionem ordinariam: quia illa habent ratione Episcopatus, vel beneficii parochialis, quibus à iure est iurisdictione concessa, eo enim ipso quo aliquis diocesis Episcopi designatur, iurisdictionem ordinariam acquirunt sacramenta ministrandi omnibus iis, qui in ea diocesi commorantur. Et idem est, si Parochi constituantur: possunt enim commorantibus in parochia ministrare sacramenta.

10. Difficultas autem est, qualiter commorari debeant in diocesi, vel parochia, ut eis possint sacramenta ministrare. Eo quidem domiciliū fixum habentibus nemini est dubium, sacramenta ministrari posse: quia sunt verē parochiani cap. ult. de parochiis. Quod adeo verum est, ut in duplice loco domiciliū habeas, eo quod hyemis tempore in uno loco, & etatis tempore in alio commorabis, poteris à parochio, quem malueris, sacramenta recipere, tamē etatis tempore in eius Parochi non habites: quia verē tuus Parochus est, si quidem duplē parochiam haberis, iuxta leg. Assumptio. 5. ult. f. ad municipalem & c. 2. de sepulcr. in 6. vbi de habente duplē parochiam dicitur, si contingat eligere sepulcrum in alio diverso loco, & dividēdam esse canoniam portionem inter

inter utramque parochiam eligentis. Sunt ergo Pontifex, aequo utramque parochiam esse propriam eligentis, alias canonicae portionem applicaret parochia, in qua eligens sepulchrum decessit. Atque ita tenet Nauarr. cap. Placuit. num. 78. de penitent. dif. 6. Henr. lib. 6. de penitent. cap. 7. num. 2. Suar. dif. 2. sed. 2. num. 5. Sanch. lib. 3. de matr. dif. 2. num. 5. Layman. lib. 5. sum. trad. 6. cap. 10. num. 5.

11. Quod si uno in loco habeas domicilium, in alio residas longo tempore, qualiter soleret scholasticus in vniuersitate, milites in praesidiis, mercatores, & litigantes occasione negotij peragendi eti plures existimant, ne non posse a Parochio illius parochiae, tanquam a proprio sacerdote, sacramenta recipere: verius ex illo posse, sacramento Ordinis excepto, ficut multis allegatis docuit Sanchez lib. 3. de matr. dif. 2. num. 12. & lib. 3. sum. cap. 37. num. 14. Suar. de penitent. dif. 2. sed. 2. num. 5. & vid. de Coninch. dif. 8. de penit. dub. 3. enc. 4. num. 21. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 10. num. 5. sum. tunc ex cap. fin. de Parochia, ubi, qui ob bellum ad alienam parochiam conseruent, parochiani dicuntur. Et probatur, quia ex diuturna habitione, ibi domum, vel officinam conculcavit, quasi domicilium, ita vt possit conueniri leg.

Hoc ab aliis. S. Prudentia in fine ss. de iudicio, & leg. 2. Cod. vbi de crimine agi oportet, & ibi Glossa, verbo. Dicit, & leg. Quisquis. Cod. Si cerum petatur verbo, versus. Ergo etiam in rebus spiritualibus contrabitis ex hac habitatione quasi domicilium, variatione illius Parochus in te iurisdictionem habeat.

12. De aduenis, peregrinis, seu ite agentibus dicendum existimo, posse recipere sacramenta a quocunque Parochio illius oppidi, ibi transiuntem commorantur, neque obligatos esse ad Ecclesiam matricem adire, neque cum Parochio illius parochia, in qua habitare, confiteri, sed posse quemlibet ex approbat eligere, ab eoque Communionem paschalem accipere, vii multis relatis probat Sanch. lib. 3. de matr. dif. 12. num. 17. ea praecepit ratione, quia presumitur tacitus consensus, & licentia suorum Parochorum. Consentit S. verbo. Confessor. nn. 2. Suar. dif. 2. sed. 2. Quar. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 10. num. 9. Adiutendum tamen est cum Suar. dif. 2. sed. 2. num. 9. Vafq. quæ. 93. art. 1. dub. 4. num. 8. necessarium esse a praesenti bona fide. Nam, si ad hoc tantum iter suscipere, vt alteri confiteri posset, vitare, & que confessionem faciendam proprio Parochio, vt non posses praedicto privilegio, & facultate: quippe eius vius tibi necessarius non est, neque ex tacito consensu proprii Parochi habitas, neque Ecclesiæ intentioni te conformas.

13. De vagis, est, nullibz habentibus fixum domicilium, existimat Suar. dif. 2. sed. 2. num. 7. cum Sylvestro verbo. Confessor. 1. quæ. 1. Soto in 4. dif. 18. quæ. 4. artic. 2. Medina Cod. de confess. quæ. 35. proprium Parochum esse sacerdotem illius parochie, in qua vagatur: quia actualis habitat loco domiciliij vagis uccedit. Alijs habent priuilegium latum confidendi, cui maluerint, quo priuilegio digni non sunt. Deinde ea facultas ex parte videtur illis nocua: siquidem inde infertur, nullum paucum obligatum esse illis sacramenta ministrare, nullique ipsos obligatos esse rationem reddere de praecipue admisione.

Sed placet communior sententia, affirmans, vagos posse collibz sacerdoti approbato confiteri, & ab eo Communione accipere. Sit docuit Nauarr. cap. Placuit. de penitent. dif. 6. n. 80. Sanch. pluribus relatis lib. 3. de matr. dif. 2. num. 7. Val. quæ. 93. art. 1. dub. 4. n. 4. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 10. num. 7. Moucor: quia non est maior ratio, quare vni Parochio potius, quam alteri subiectantur, cum nullibz centauri habitare, iuxta leg. 1. S. Hac autem verba. ff. de iis, qui dieceverunt, lib. Hobes planè non tenetur, quia ibi non habent, sed nulli per hospitatur. Et præterea vbiunque forum externum fortuitum poluntque pro delictis alibi commissis puniri. Ergo à fortiori concientia forum fortiti possunt. Neque argumentum pro contraria sententia ostendat. Nam esto, nullus Parochus in particulari non teneat vagis Sacramentum Penitentia, & Communio ministeriat, antequam ipsi petantur: stante petitione tenuerit ipse, cui facta est: quia media petitione vagi se illi subiecti, illorumque est Parochus, ac si fixum ibi domicilium haberent: quia in hac materia non videtur posse esse alius apriori subiectio modus. Ad Episcopos autem in cuius dicet plerumque vagi verlanter, competit compellere, vt annue confessionis, & Communiois, præcepto satisfaciant, sicuti notauit Laym. suprà.

14. Iurisdictionem delegatum habent omnes illi, quibus ab Ordinariis demandata est iurisdiction: in quo facite insinuat quædam differentia iurisdictionis ordinariae à delegata. Nam iurisdictionem ordinariam habentes delegare suas vices possunt, & quod hanc delegationem sepe expostulat regis proprij officij vius, cui iurisdictione commensuratur: & traditur. cap. Inter cetera de officio Ordinary, & cap. Cum Episcop. cod. tit. in 6. c. Omnia utriusque feciis de penit. & remissionib. At habentes delegationem iurisdictionem delegate non possunt: quia solum illam in usum accipiunt, non vt alii committant, vt recte dixit Panormit in cap. Cum Bertholdus.

num. 23. de sentent. & re iudic. & sumuntur ex cap. Cum causam, de appellationib. & ex leg. vlt. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio. More ss. de iurisdict. omn. Iudic. leg. Iudice. Cod. de Iudic. & tradunt omnes.

15. Excipitur ab hac doctrina delegatus à Principe, qui iure ipso disponente caufam sibi demandatam, partibus consentientibus, subdelegare potest, cap. Cum causam, cap. Quamvis. cap. Pastorale, cap. vlt. de officio delegati. Nisi forte electa esset industria personæ, vel causa executio commissa, sicuti contingit in dispensationibus, quæ Episcopo, vel eius Officiali à Romana Curia committuntur, quas delegare non possunt: quia & industria personæ eligitur, & causa executio porius, quoniam plena iurisdictione comittitur, vt diximus tract. de legib. dif. vlt. de dispensationib. & docuit Sanch. lib. 3. de matr. dif. 31. n. 6. Ex qua doctrina manifeste inferatur, delegatum quemcumque subdelegare posse, si subdelegans facultatem subdelegandi concederit: quia tunc non confetur ipse delegatus subdelegare nomine proprio; sed nomine delegantis, & autoritate ab eo accepta, sicuti tradit Glossa in cap. 15, cui de offic. delegat. in 6. Sanch. plures referens lib. 3. de matr. disput. 31. num. 18.

16. Secundò, excipitur delegatus ad vniuersitatem caufarum, tametsi non sit à Principe, qui viderit subdelegare vnam, vel alteram caufam posse, ex textu in leg. 1. §. Ab eo ff. Quis, & à quo appellatur, & ex leg. Legatus. 12. ff. de officio Proconsulis, ibi: Legatus mandata sibi iurisdictione Iudices dandi ius haber. & leg. Cum Praetor. 12. ff. de iudicio. is quoque, cui mandata est iurisdictione, Iudicem dare potest: multis allegatis tradit Sanch. lib. 3. de matr. dif. 31. num. 2. Sed hoc vt verum sit, intelligi debet primò de delegatione annexa perpetuo dignitat, vel officio aliquo, qualis est potestas dispensandi in omnibus irregularitatibus ex delicto occulto prouenientibus concessa Episcopis à Trident. s. 24. cap. 6. quæ potestas, quia accessoria est dignitati iurisdictionem ordinariam habenti, reputatur ordinaria, ac proinde sicut ordinaria delegari potest, vt aliis relatibus docet Henr. lib. 6. cap. 7. num. 3. Sanch. suprà. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 10. num. 10. Secundo, si delegatio fiat ratione officij non solum proprio, sed vicarii, sicuti contingit Viceepiscopo, Viceparocho, Vicerektori, & Gubernatori vrbis: is enim officium Episcopi, Parocho, & Gubernatoris non in proprietate, sed quali in tenetia ad certum tempus committitur: Quapropter eto, non possit alium Vicarium integrum substituere (nisi contrarium ex recepta consuetudine constet, vt docuerunt Sanch. & Layman. loc. citatis), cōstatre affirmat falso ad breue tempus, (scilicet, per tres, vel quatuor dies,) possunt tamen vnam, vel aliam caufam subdelegare: quia non tam vius Parochi, quam officium illis delegatum est, ad officium autem Parocho pertinet non solum vius iurisdictionis; sed illius commissio, & delegatio Poterunt ergo iurisdictionem, faltem ex parte, subdelegare, sicuti notauit Henr. lib. 6. sum. cap. 7. Sanch. lib. 3. de matr. dif. 21. num. 15. Coninch. dif. 8. de penit. dub. 4. Layman. lib. 5. sum. tract. 6. cap. 10. num. 13. Ex quo fit, prædictos Vicecuratos posse cooperatore sibi adscircere, non cui vicariam plenè concedant, sed cui illius exercitium quadam aliquam partem committant, v.g. quoad confessiones audiendas, quoad Eucharistiam ministrandam, &c. &c. tradit Sylvestro verbo Vicarius, quæ. 5. Nauarr. cap. Placuit de penitenti. dif. 6. num. 69. Laymann. dictio cap. 10. num. 13.

Extra prædictos casus delegatus, tametsi ad vniuersitatem caufarum subdelegare nullatenus potest, alias possent Religiosi, quibus a Pontifice commissa est iurisdictione ad audiendas confessions, & Eucharistiam ministrandam, suam potestatem ex parte subdelegare. Quod nulla ratione est concedendum: quia ipsi non officium, sed vius, & exercitium iurisdictionis commititur, vt bene notarunt Layman. & Coninch. loc. alleg.

P R N C T V M XIV.

Quibus modis delegatur iurisdictione ad audiendas confessiones. Et specialiter de Religiorum priuilegio:

1. Multipliciter delegatur iurisdictione.
2. Confuetudine legitime prescripta acquiri potest iurisdictione.
3. Delegatur iurisdictione expresso, vel tacito consensu illius, qui eam delegare potest.
4. Ratificatione de futuro Sacramentum Penitentia ministrari non potest.
5. Delegatur iurisdictione Bulla Crucis.
6. Item Religiosi ex concessione summi Pontificis.
7. Non communicantur ipsis, nisi dependenter a suis Prelatis.
8. Qualiter superioribus, & aliis Religiosi particularibus haec potestas communicetur.
9. Quid si Superior usum facultatis concessum prohibuerit.
10. Extenda-